

*Bischof Johannes von Meißen bestätigt die Fundation und Dotation eines Altars in der Elisabethkapelle bei der Kirche zu St. Nicolaus durch die Rathmannen der Stadt Freiberg, die sich das Patronatsrecht über diesen Altar vorbehalten.* 1358 Febr. 21.

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 19. Das wohlerhaltene S. des Bischofs (vergl. Cod. dipl. Sax. reg. II. 2 5 Tuf. III Fig. 1) an Pergamentstreifen hängt verkehrt (mit der Rückseite nach vorn) an der Urkunde; auch ist augenscheinlich die Vorderseite künstlich vermittleis grünen Wachses mit der Rückseite verbunden worden, wodurch das S. ungewöhnlich dick geworden ist.*

*Ann.: Vergl. No. 118. Daß die Urkunde in einem Proceß, der noch zu Lebzeiten des Bischofs Johannes zur landesherrlichen Entscheidung kam, das hauptsächlichste Beweismittel bildet, schließt den Verdacht einer Fälschung, den etwa 10 das auffällige Siegel veranlassen könnte, vollständig aus.*

In nomine domini amen. Nos Johannes dei gracia episcopus ecclesie Missnensis notum facimus universis presentes | litteras inspecturis, quod, cum discreti viri et circumspecti . . consules et . . jurati civitatis Friberg | pietate moti proprie saluti intendentes in remedium animarum suarum et omnium progenitorum suorum unum | altare 15 in capella in honore sancte Elyzabet dedicata sita juxta ecclesiam parrochiale sancti Nycolai in Friberg dotare vellent et fundare certis redditibus de bonis a deo sibi collatis, ut rector idem altare optinens pro tempore, qui in dicto altari singulis diebus missam celebrare tenebitur, ex hujusmodi redditibus congruam possit habere sustentacionem, dicti vero cives consules et . . jurati in Friberg jus presentandi ad ipsum altare cum vacaverit 20 personam ydoneam sibi ac suis successoribus . . consulibus et . . juratis dicte civitatis Friberg, qui pro tempore fuerint, reservantes, et quia pro parte memoratorum . . consulum et . . juratorum sepe dicte civitatis Friberg nobis fuit humiliter supplicatum, ut predictam dotacionem et fundacionem prenotati altaris ratam et gratam habere dignaremur eamque auctoritate nostra ordinaria approbare et confirmare: nos vero, qui cultum divinum augeri 25 cupimus, ut ex officii nobis crediti debito facere tenemur, ipsorum justis precibus favorabiliter inclinati supra dictam fundacionem ac dotacionem ratam et gratam habentes eamque auctoritate nostra ordinaria approbamus et confirmamus dei nomine per presentes, decernentes ipsum altare inantea beneficium ecclesiasticum censi debere et fructus et redditus ejusdem altaris ecclesiasticos in vasesque eorum tamquam aliarum rerum ec- 30 clesiasticarum sicut sacrilegos fore puniendos. In quorum omnium testimonium presentem litteram scribi fecimus et sigilli nostri majoris appensione muniri. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpin anno domini M° CCC<sup>mo</sup> LVIII°, vicesima prima die mensis februarii.

*Markgraf Friedrich der Strenge verpfändet die Vogtei zu Freiberg an Peter von Schonenberg, Jenchin Ertmansdorf und des letztern Vetter Caspar für 80 Schock breite Groschen.*

Freiberg, 1358 Febr. 25.

*Hdschr.: Hauptstaatsarchiv Dresden Cop. 26 fol. 20.*

*Ann.: Der ganze Eintrag ist, nachdem die in den Anmerkungen mitgetheilten Aenderungen gemacht waren, durch- 40 strichen worden.*